

König Wilhelm nimmt auf Bitten des Abtes Robert das Kloster Montevergine in den Königsschutz.

Palermo, 1170 März 8

Mercogliano, Archivio di Montevergine, perg. 509, 685 x 560 mm, angebliches Original [A]

Reproduktionen : TROPEANO, Montevergine tav. 4; CDV VI, 35 (Teil).

Editionen: : TROPEANO, Montevergine 213 - 214 ; CODICE DIPLOMATICO VERGINIANO VI, 34 - 37 Nr. 509 nach A

Regesten: B. — ; MONGELLI , Montevergine I 149 Nr. 509; Enz. 75; ENZENSBERGER, Privilegi normanno - svevi 75 (D III).

DD +33 und +34 sind von der selben Hand geschrieben . Beide Diplome, die noch in der Urschrift der Fälschung vorliegen, zeigen die Rota , bei der Inschrift und Umschrift gegenüber der originalen Fassung vertauscht sind und die erst nach der Datierungszeile steht. Dieselbe Rotaform war auch in DD +4 und +32 vorhanden, wie die Hinweise in den Abschriften erkennen lassen . Neben drei modernen Dorsualvermerken steht von einer Hand des 13. Jh. : *Privilegium domini regis W. fil(ii) domini regis Guillelmi*. CARLONE, I falsi nell'ordinamento 15 Anm. 36 hat nur bis zum *f* von *fili* gelesen und darin sein Fälschungskennzeichen gesehen. Für den von Carlone bereits vermuteten Zusammenhang zwischen Legende, d.h. der *Vita S. Guillelmi* (AA. SS. Junius V, 129), und den Urkundenfälschungen spricht die Tatsache, daß in der Vita umfangreiche Auszüge aus den Diplomen für Montevergine enthalten sind.

Im Gegensatz zu Tropeano in CDV VI, 34 Anm. 1 ist eine Ähnlichkeit von D +34 mit gleichzeitigen, unverdächtigen Kanzleiprodukten bereits auf den ersten Blick auszuschließen. Die Ähnlichkeiten der äußeren Merkmale, etwa der Auszeichnungsschrift, mit normannischen Herzogsurkunden und Diplomen aus den Anfangsjahren des Königs Roger, in denen über Wido die langobardisch - kontinentale Tradition weiterwirkt, sind evident, aber selbst dort läßt sich keine direkte Vorlage für die abweichende Stellung der Rota finden, denn das Monogramm steht in der Regel zwischen Kontext und Datierung .

Ungewöhnlich auch die Ankündigung eines Wachssiegels, obwohl die vier Siegelöcher in normaler Anordnung eher für eine verlorene Bleibulle sprechen, falls überhaupt ein Siegel vorhanden gewesen sein sollte. Da die Plica festgeklebt ist, läßt sich dies nicht mehr mit Sicherheit feststellen. Wachssiegel waren in der normannischen Königskanzlei nur für Mandate in Gebrauch — Ausnahme ist D W.I.18 für Genua, das aber als Chirograph und Vertragsurkunde sowieso

D +34

aus dem üblichen Rahmen fällt — , sie wurden aber nicht an Siegel-schnüren, sondern an Pergamentstreifen in die Urkunde eingehängt. Unter Konstanze wird das Wachssiegel häufiger, vgl. KÖLZER, Urkunden 81 ff. , auch unter Friedrich II sind sie geläufig, sodaß auch dieser Aspekt für eine Entstehung der Fälschung in staufischer Zeit spricht !

Die Gerichtsstandsregelung für die Hintersassen sowie die Pro- tektionsklausel sind Erweiterungen gegenüber D +32, während eine konkrete Besitzliste in D +34 im Gegensatz zu DD +4 und +33 fehlt . Die Verleihung der Zivilgerichtsbarkeit fehlt in DD +4, +32, +33, in D +4 ist aber ein Ernennungsrecht für *publica officia* verliehen .

Als hauptsächliche Vorlage ist D +32 bzw. dessen Muster aus der Kanzlei Rogers II. anzusehen, kürzere Textübereinstimmungen finden sich aber auch mit D Ro.II. +45 (Ca. +116) im Perturbationsverbot wie mit BB. 412 im Weidepassus, sodaß auch zwei Dokumente aus den Beständen von Montevergine ihre Spuren hinterlassen haben. Allerdings könnte man dies auch dahingehend interpretieren, daß die fraglichen Diplome ebenfalls derselben Werkstatt zu verdanken sind . Als verfälscht anzu- sehen ist jedenfalls BF. 1260, mit dem sich ebenfalls Textparallelen er- geben ! Ansonsten schließen die Anlehnung an den Stil von Papstur- kunden und normannischen Herzogsurkunden Montevergine als Entstehungsort der Fälschung aus, man wird in ihr vielmehr eine in Benevent gefertigte Auftragsarbeit sehen dürfen, wofür auch der paläographische Befund spricht, vgl. ENZENSBERGER, Privilegi normanno - svevi 80, 89 .

✚ ✪ In nomine Domini Dei eterni ac salvatoris nostri Iesu Christi, anno incarna- tionis eiusdem millesimo ✪ centesimo septuagesimo, tertia indictione. Ego W(ilielmus) Dei gratia Sicilie et Italie rex, Guillelmi regis heres et filius. Convenit omnes in regimine constitutos dominicis obedire preceptis atque ei per quem regnant colla subicere, ut regni illius mereantur esse participes, quod fine caret, quod semper sine iactura sine merore durabit. Ideo Robbertus Sancte Marie Montis Virginis venerabilis abbas quia religiose Dei servitio orando pervigilans , tuis fratrumque tuorum sanctis orationibus confidimus relevari, tue petitioni misericordia moti acquie- scere duximus esse dignum , et tam ob amorem celestis regis per quem subsisti- mus et regnamus, quam pro salute anime predicti patris nostri Guillelmi gloriose memorie magnifici regis et nostra nostrorumque denique parentum , confirmamus in eodem mo- nasterio Sancte Marie Montis Virginis libere absque servitio nostre rei pu- plice et nostris fidelibus debito omnes retro principum, ducum, comitum, baronum et militum seu quorumcunque aliorum hominum utriusque sexus concessionem, do- nationem, oblationem, confirmationem, venditionem, commutationem seu quocumque alio titulo alienationem secundum tenorem instrumentorum dicti monasterii factas et datas. Preterea concedimus ut de omnibus eiusdem monasterii animalibus et eccle- siarum eidem subditarum per totam terram nostram et predictorum fidelium nostrorum nemo herbaticum, glandaticum et aquaticum ullo modo tollat, sed secure

Willelmi II diplomata

D +34

eant et redeant, maneant et pascantur, et ligna pro eorum iusta utilitate per totam terram nostram et fidelium nostrorum, ab gravi dampno nostre rei publice, sine cuiuscumque contrarietate accipiant. Concedimus etiam ut de saumeriis ipsius monasterii, de quibuscumque rebus * honorati venerint et redierint, et monachi seu conversi aliquid emerint vel vendiderint pro utilitate iam dicti monasterii et ecclesiarum eidem subditarum, nullus in tota terra nostra et fidelium nostrorum plateaticum vel qualemcumque rem eis tollat, * sed libere et absque contrarietate permittantur abire. Volumus insuper et iubemus, ut si qua mala consuetudo in aliquibus de supradictis rebus vel possessionibus aut hominibus ipsius monasterii actenus fuit imposita, in tota terra nostra et fidelium nostrorum, * deinceps omnino deleatur. Precipimus namque ut ab hominibus dicti monasterii nulla exactio fiat nec collecta aliqua imponatur eisdem, sed liberi maneant ab huiusmodi onere per totam terram nostram et fidelium nostrorum ubicumque inventi fuerint vel manserint. Insuper de possessionibus monasterii, quas idem tenet et aliis concesserit ad tenendum et de hominibus eius in civilibus questionibus curiam ipsum monasterium et clementius habere concedimus, et ipsum monasterium et homines eius ad alienam curiam trahi in omnibus supradictis benignitate regia prohibemus, ne dimissis divinis officiis extra monasterium monachi seu conversi sumptibus et laboribus fatigentur, quia ipsum monasterium cum omnibus suis pertinentiis in perpetuum sub nostra protectione suscepimus. Auctoritate vero regia prohibentes omnibus tam clericis quam laycis dictioni nostre subiectis, ne quis eorum insane mentis furore pulsus predictum monasterium, ecclesias ei subditas, homines et possessiones seu servos Dei * ibidem sive alibi die noctuque * orationibus insistentes et pro nobis et regni nostri statu divinam gratiam exorantes, contra mandatum istud inquietare presumant. Adicimus quoque ut quicquid pars predicti monasterii donatione pontificum, liberalitate principum ducum, oblatione comitum, baronum et militum seu alio quocumque modo aliorum nostrorum fidelium in posterum iuste poterit adipisci, omni nostra nostrorumque heredum vel successorum vel parte rei publice contrarietate vel inquietatione seu aliqua perturbatione remota, iam sepe dictum monasterium libere et quiete perpetuo iure teneat atque possideat. Si qua vero quod absit magna humilisve persona huius tenore confirmationis et concessionis paginam temerario ausu etiam in aliquo violare vel interrumpere presumpserit, sciat se composituram triginta libras auri, medietatem palatio nostro et aliam medietatem predicto monasterio, presens quod decretum pristinum robur obtineat et inconcussum inviolatumque omni tempore permaneat. Ad huius sane nostre concessionis et confirmationis indi-

D +34

cium per manus Calopetri nostri notarii scribi nostroque sigillo cereo insigniri precipimus.

✠ Data Panormo per manus Mathei nostri vicecancellarii octavo die mensis martii, tertia indicione. ✠ ✠

(R)

(SCD)